Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cyrographum peccati lege conscriptum de
leri oportet. Sic ergo per duplicem regis salemo
nis interrogationem duplex ignorantia. ut
duplex mors generis humani denotatur. sic per
xpi dni in cruce exclamationem. ipsa ig
norantie et mortis duplicitas effugatur:
Que nimirum xpi dni exclamatio in cruce du
plicatur. quia cum hebraicis litteris descripta legitur.
latinis nobis litteris exponitur. Eloy. eloy.
lemasabactani. Hoc est. Ds ms. ds ms.
ut quid dereliquisti me. Unde recte
subditur. quod salemon creatorem dm orans
sic loquitur. Sed respice ad orationem serui
tui. et ad preces eius dne ds ms. Quasi dicat
xpe in cruce fixus. pro salute mundi apud
patrem intercessor factus et patronus. Tu ds
iudex metuende. pater ueneranda. qui primo
homini superbienti iuste es iratus. et mor
tis sententiam districte comminatus. respi
ce ad orationem serui tui. unigeniti filii
tui. qui in forma serui satisfacit tibi. pro
peccatis totius mundi. Respice ad oratio
nem serui tui. pro salute ppli xpiani. de
gentibus conuocandi. et ad preces eius dne
ds ms. pro conuersione ppli iudaici. quod
in me deliquit. ignoscendo illi. ob gratiam
mei. Audi ymnum mee confessionis. pro
totius mundi peccatis. et orationem mee intercessionis.
pro extremis ppli iudaici reliquiis.
Quam seruus tuus orat coram te hodie. in hac
hora passionis et mortis mee. Pro quam ab
initio seculi desiderabant omnes patriarche
tui et prophete. Hec est hora. de qua in nuptiis
dixi matri. que nunc opposita et proxima
mee cruci. intolerabilibus suis suspiriis et la
crimis. magnitudinem incomparabilis dolo
ris super addit uulneribus meis. Mulier. nondum
uenit hora mea. Quam horam ipsi di
lectissime mater mee nunc denuntio. cum
maternis eius doloribus filiali affectione
compatiendo. ipsi hec uerba ingero. Mulier.
ecce filius tuus. Ut sint oculi tui aperti.
qui non dormitas neque dormis. dum excu
bias tui israelis. in celo et in terra disponis.
Super hanc domum ecclesie mee nocte et die.
et in aduersitatis et prosperitatis tempore.
Super domum de qua dixisti. cum eam patri
archis et prophetis tuis. ab initio seculi osten
disti. Erit nomen meum ibi. quia solummodo nomen
meum gloriosum erit. in populo gentium fideli.
Ut exaudias orationem pro populo. de gentibus
colligendo. quam orat ad te seruus tuus
in loco isto. Iste enim est locus. quem dic tercio
abraham eleuatis oculis procul uidit. in
quo ysaac filium suum. tibi dominus pater offer
re uoluit sacrificium. Iste est passionis
mee locus. in quo solo tibi complacitum esse de
monstrasti. dum in sola ierusalem sacrificium
tibi in lege offerri demandasti. Ut exaudi
as deprecationem serui tui. pro populo iudaico.
et populi tui israel. omnium scilicet fidelium
meorum. quodcumque orauerint in loco isto.
passionis mee recordando. Exaudies
in loco habitaculi tui in celo. ut in celestis
regni tui sanctuario. ut in ecclesie tue tabna
culo. et cum exaudieris per meam intercessio
nem. propitius eris per sanguinis mei effusi
onem. SEQUITUR.

Si peccauerit homo in proximum suum.
et habuerit aliquod iuramentum quo
teneatur astrictus. et uenerit propter iuramentum
coram altari tuo. in domum tuam. tu ex
audies in celo. et facies. et iudicabis ser
uos tuos. condempnans impium. et reddens
uiam suam super caput eius. iustificansque ius
tum. et retribuens ei secundum iusticiam suam.
Si fugerit populus tuus israel inimicos suos.
quia peccaturus est tibi. et agentes peni